



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

38. de comparatione scientiæ Dei ad res scitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

## DE COMPARATIONE

Scientia Dei ad res scitas.

DISTINCT. Trigesimæ octauæ

CAP. Primum.

*Scientia simplicis intelligentiae in Deo  
non est causa rerum, neque res  
sunt causa scientiae Dei.*

**H**ic oritur quæstio non dissimulanda,  
vtrum scil. scientia vel præscientia sit  
causa rerum, an res sint causæ scientiæ  
vel præscientiæ Dei. Videtur enim præscien-  
tia Dei esse causa eorum, quæ ei subsunt, ac  
necessitatem eis imponere: quia nec aliqua  
futura fuissent, nisi præsciisset ea: nec possunt  
non euenire, cùm ea præscierit Deus: quia  
Deus falli non potest. Impossibile est ergo  
ea non euenire præscita. Hoc idem & de  
scientia dicitur, scil. quod quia Deus aliqua  
cap. 13. nouerit, ideo sint. Cui sententiæ attestari vi-  
detur August. libr. 15. de Trinita. dicens:  
Vniuersas creaturas, non quia sunt, ideo no-  
uit: sed ideo sunt, quia nouit, &c. Idem lib. 6.  
cap. 23 Quod si ita est, igitur Deus erit causa omniū  
malorum, cùm præscita sint. quod longè est à  
veritate. Neq; etiam res futuræ causa sunt  
præsciætiæ: quia eius quod eternum est, aliquid  
creatum existeret causa. quum tamen dicat  
Orig. Roma. 8. Non propterea aliquid erit,

K ij

f. 71. a. 76. b.  
85. a. b.  
92. b. 118. b.  
p. 19. 121. b.  
folio 126. b. 13  
f. 130. b. p. 9  
f. 142. b. p. 21  
maxima.

E P I T O M E

quia id scit Deus futurum: sed quia futurum  
est, ideo scitur a Deo antequam fiat, &c.

Dicendum res futuras nullatenus causam  
esse scientiae vel præscientiae Dei: nec ideo  
sciri vel præsciri, quia futurae vel factae sunt.  
Et ad Origen. dicitur, quia futurum est, ideo  
scitur a Deo antequam fiat: neque sciretur,

*lib. 2. q. 1. 72.*  
*7. l. f. 145.*

nisi futurum esset: ut non notetur ibi causa,  
nisi sine qua non fieret. Ita etiam dicimus  
scientiam vel præscientiam Dei non esse cau-  
sam eorum quae sunt, nisi talem sine qua non  
sunt: si tamen scientiam ad notitiam tantum  
referamus. Sed si nomine scientiae includa-  
tur beneplacitum atque dispositio: tunc recte  
potest dici causa eorum quae Deus facit. Sic  
poterit quod duobus modis accipitur scientia  
Dei: aut pro notitia sola, aut pro notitia  
cum voluntate. Hoc modo forte accepit  
August. dicens: Ideo sciuit, quia nouit, id est  
quia scienti placuit, & quia sciens dispositus.

Quum ergo Deus sciat mala solum primo  
modo, & non secundo modo: præscit illa, &  
præscitorum non est causa. sicut præsciuit &  
prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non  
fecit: nec præsciuisset eorum mala, nisi eam  
essent habituri. Non enim mala præscit, tan-  
quam facturus.

C A P. Secundum. Præscientia stat cum  
contingentia rerum.

**A**D id autem quod prædictum est, scil. præscientiam Dei falli non posse, solet à quibusdam ita opponi: Si Deus præ-  
uiderit hunc lecturū, cùm possit non legere,  
sequitur quod præscientia Dei falli potest.  
Sed dicendum, quod si nō legeret, non à Deo  
præscitum esset. At illi vrgent dicentes, Vel  
potest aliter fieri, quām Deus præsciuerit, vel  
non aliter. Si primum, ergo præscientia falli  

potest: Si secundū, ergo necessariò res præscita  
eueniet. Ad quod dicimus, illam loquutionem,  
Aliter potest fieri, quām Deus præsci- Possibile  
uit, & alias huiusmodi, vt potest nō esse quod & impos-  
Deus præsciuit, & implere est nō esse quod fībile sen-  
Deus præsciuit, &c. posse intelligi vel cōiunctum com-  
ūtum, vt conditio non sit implicita. & tūc ve- positiū vel  
ra eis hēc, Nō potest aliter fieri, quām à Deo diuisum  
præscitum sit. Si autem disiunctim, tūc falsa faciunt.  
est, &c. Si verò dicas Deum nō potuisse non  
præscire omne quod fit, falsum est. Potuit  
enim facere vt non fieret: & ita non esse  
præscitum.

## DE IMMUTABILITATE scientiæ Dei.

DISTINCT. Trigesimæ nonæ  
CAP. Primum.

Deus vñica & immutabili scientia scit simul  
præsentia omnia, præterita, & futura.

K iij